

iudicent. discant non solum aquam. sed etiam flu-
men dictum sp̄m s̄m. secundum quod lectum est.
flumina de ventre eius fluent aque viue. Hoc
autem dicebat de sp̄u. quem incipiebant accipere
qui credituri erant in eum. Ergo flumen & sp̄s
s̄s. & flumen maximum. quod secundum hebreos
de ih̄u fluxit ^{terris} interris. vt ore esaię accipimus pro-
ph̄atum. Magnum hoc flumen. quod fluit sem-
per. & numquam deficit. Nec solum flumen. sed
etiam profusi imp̄us. & magnitudinis redundan-
tis. Sicut etiam dauid dixit. Quia fluminis impe-
tus. edificat ciuitatem d̄i. Neque enim ciuitas
d̄i illa hierusalem. metu alicuius fluminis terre-
stris abluitur. sed ille ex uitę fonte procedens
sp̄s s̄s. cuius nos breui satiamur haustu. In illis
celestibus thronis. dominationibus. & potestatib.
angelis. & archangelis. redundantiis videtur ef-
fluere. pleno septem virtutum spiritalium fer-
uens meatu. Si enim fluminis riparum editis super-
fusus exundat. quanto magis sp̄s omnem super-
eminens creaturam. cum reliqua tamquam inf-